BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 367v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



congregat sibi. et ob probrium il
lius non delebitur quia zelus et
furor uiri non parcet in die uindicte
nec acquiescet cuiusquam precibus nec
suscipiet pro redemptione dona plu
rima. VII Filii mi
custodi sermones meos. et
precepta mea reconde tibi
fili mi. honora deum et ualebis. pre
cer eum uero ne timueris alienum
Serua mandata mea et viues. et le
gem meam quasi pupillam oculi
tui. liga eam digitis tuis. scribe il
lam in tabulis cordis tui. Dic sapi
entie soror mea es et prudentiam
uoca amicam tuam ut custodiat
te a muliere extranea. et ab aliena
que uerba sua dulcia facit. De fe
nestra enim domus mee per cancellos
prospexi. et uideo paruulos. et conside
ro uecordem iuuenem qui transit
per plateas iuxta angulum et prope
uiam domus illius graditur in ob
scuro ad uespascente die in noctis
tenebris et caligine. et ecce mulier
occurrit ei ornatu meretricio pre
parata ad capiendas animas gar
rula et uaga quietis in paciens nec
ualens in domo consistere pedibus
suis. Nunc foris. nunc in plateis
nunc iuxta angulos insidians
apprehensumque deosculatur iuuenem
et procaci uultu blanditur dicens
Victimas pro salute de uoui. hodie
reddidi uota mea. id circo egressa
sum in occursum tuum desiderans
te uidere. et reperi. Interui funibus
lectulum meum straui tapetibus
pictis ex egypto aspersi cubile meum
mirra et aloe et cynamomo. uenite in
ebriemur uberibus et fruamur cupi
tis amplexibus donec illucescat
dies. non est enim uir in domo sua.
abiit uia longissima sacculum pe
cunie tulit secum in die plene lune
reuersurus est in domum suam. Irre
tiuit eum multis sermonibus et
blanditus labiorum prostrauit illum
Statim eam sequitur. quasi bos ad
uictimam ductus. et quasi agnus las
ciuiens et ignorans. quod ad uincula
stultus trahitur donec transfigat sa
gitta iecur eius. uelud si auis festin
at ad laqueum et nescit quia de periculo
ipsius anime agitur. Nunc ergo fili
mi audi me et attende uerbis oris
mei. ne abstrahatur in uiis illius
mens tua. neque despiciaris semitis
eius. multos enim uulneratos decipit
et fortissimi quique interfecti sunt ab
ea. uie inferi domus eius. penetran
tes inferiora mortis. VIII
Nunquid non sapientia cla
mitat in plateis. et prudentia
dat uocem suam. in summis
excelsisque uerticibus supra uiam in
medius semitis. stans iuxta portas
ciuitatis. et in ipsis foribus loquitur
dicens. O uiri ad uos clamito et uox
mea ad filios hominum. Intelligite
paruuli astuciam et insipientes animad
uertite. Audite quoniam de rebus
magnis locutura sum. et labia mea
aperientur ut recta predicent. Ve
ritatem meditabitur gurtur meum
et labia mea detestabuntur impium
Iusti autem omnes sermones mei. et
non est in eis prauum quid. neque per